This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 07023224 8

(Polybius. Casaubo

RCL

LEXICON POLYBIANUM

AB

IS. ET MERICO CASAUBONIS

OLIM ADUMBRATUM

INDE AB

JO. AUG. ERNESTI

ELABORATUM

NUNC

AB JOANNE SCHWEIGHÆUSERO

PASSIM EMENDATUM

PLURIMISQUE PARTIBUS AUCTUM.

OXONII,
EXCUDEBAT W. BAXTER,
IMPENSIS G. ET W. B. WHITTAKER, LONDINI;
ET J. PARKER, OXONII.
MDCCCXXII.

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

ÆQUO LECTORI

JOHANNES SCHWEIGHÆUSER

S.

IN concinnando Lexico Polybiano, quo finem nunc tandem imponimus bono cum Deo operæ nostræ, instaurandis illustrandisque Polybii Historiis dicatæ, triplicem maxime usum spectavimus studiosorum Scriptoris nostri Lectorum: grammaticum usum, quo de sermonis Polybiani vi ac ratione planius constaret; criticum, quo de selectu quem fecimus discrepantium lectionum, aut de emendationibus quas locis prorsus corruptis adtulimus, certius ferri judicium posset; mnemonicum, quo juvaretur memoria eorum, qui rei cujusdam aut sententiæ apud Polybium olim a se lectæ meminerint, sed, qua parte quove loco legerint, ut denuo evolvere possint, non recordantur.

Ita fit, fieri certe voluimus, ut, intuitu duorum quæ prima nominavimus commoda, fungeretur hoc Lexicon Polybianum vice necessarii cujusdam supplementi complementique nostrarum in hunc Scriptorem Adnotationum; in quibus consulto multa passim vel prorsus præterita sunt a nobis, vel levius perstricta, quæ ex nuda inter se collatione variorum locorum, in Lexico colligendorum, sufficientem per se lucem acceptura putavimus. Quo in consilio ne vana me spe deceptum judicent æqui peritique hoc in genere æstimatores, eo minus equidem vereor, quo magis ipsi mihi, post satis etiam longam cum Polybio contractam notitiam, sæpenumero usu venit, ut, quæ loca vel parum mihi perspicua etiam tum fuerant, quum Græca cum Latina versione prelo pararem, aut quum Adnotationes

perscriberem, eisdem locis, postquam elaborando huic Lexico extremam manum admovi, ad eamque vocem dictionemque perveni in qua sita maxime difficultas erat, subito obortam lucem viderem; aut ut, quæ loca satis bene a me percepta, ac satis commode vel in Latina versione expressa vel in Adnotationibus illustrata mihi visa erant, eadem loca nunc demum longe aliam habere rationem intelligerem. Quare bene multa in hoc Lexico loca inveniet studiosus lector, quibus, quæ superioribus voluminibus, sive in Græco contextu, sive in subjecta versione, sive in ipsis Adnotationibus, minus recte minusve commode posita erant, retractantur, corriguntur, emendantur[a]. Quod si qui forte occasionem inde ceperint, levitatis crimen ac nimiæ festinationis nobis impingendi, quod priora illa immatura præpropere a nobis in publicum fuerint protrusa, videant hi primum, ne nimium morosi sint, ac pæne immodesti dixerim, qui, nisi ea, quæ a me olim peccata mihi visa sunt, ingenue retractassem melioribusque mutassem, fortasse nihil magnopere ipsi fuerant reperturi quod in superioribus illis reprehenderent, aut, si maxime odorati essent erratum aliquod, certam rationem adferendi remedii forsitan non erant habituri. Tum vero illud velim cogitent, si tantam operis molem, quanta erat hæc nostra, nonnisi ea lege liceret suscipere, ut vulgandi in publicum, quæ parata fuerint, initium facere non daretur prius quam cuncta intus fuissent ad finem perducta et omnibus numeris absoluta, consequens fore, ut multorum utilissimorum laborum fructu caritura esset res literaria, qui labores nunquam fuissent absoluti, nisi pars aliqua operis in lucem primum emissa, veluti jacta semel alea, vel invitos traxisset auctores ad id, quod instituissent, constanter fortiterque persequendum, et animum eis viresque ac patientiam addidisset, molestias omnes devorandi, difficultatesque cunctas, quæ cohortatim sæpe aliæ ex aliis in longa reliqua via subnascuntur, feliciter superandi.

De mnemonico usu quod dixi, præstare illum quidem usum

[a] Hæc errata, quoad ejus fieri potuit, in repetita editione correximus.

Historicus potissimum Index debebit: at occurrunt in scriptore multæ res atque sententiæ, quæ in rerum Indice historico, nisi in immane volumen extendere volueris, commodum titulum locumque non inveniunt; præterea, quo minus locum aliquem, olim a nobis lectum, nunc, ubi requirimus, non reperiamus, obstat subinde hoc ipsum, quod propriorum nominum ad quæ pertinet res quam quærimus, non succurrit memoria: quod ubi fit, si modo verbum quod signatius dictionemve paulo luculentiorem ad animum revocaveris, quæ eo loco, quem quæris, continebatur, isto quasi filo, juvante Verborum Indice, rem ipsam invenies. Ita Historici quoque et Rerum Indicis supplementum aliquod complementumque voluimus esse tunc Verborum Indicem; quem *Lexicon Polybianum*, Ernesto præeunte, inscribere placuit. Vale.

Scripsi Argentorati, Calendis Germinalibus, Reipublicæ Gallo-Francorum Anno III. Christi Servatoris MDCCXCV.

LEXICON POLYBIANUM.

Primus numerus librum indicat, alter caput, tertius sectionem vel versum capitis. Fr. hist. *indicat fragmenta historica, et* Fr. gr. *fragmenta grammatica.*

ABAKION, τὸ, abacus, tabula calculatoria. οἱ ἐν τοῖς βασιλείοις παραπλήσιοί εἰσι ταῖς ἐπὶ τῶν ἀβακίων ψήφοις, 5, 26, 13.

Ἀβασάνιστος, intentatus. μηδὲν ἀβασάνιστον, μηδ' ἀπέραντον ἀπολιπεῖν, 4, 75, 3.

Αβατος. 1) *locus*, quem adire vel ingredi non licet. οἷς ἄβατος ἦν ἡ θρέψασα. 13, 6, 4. τὸ τοῦ Διὸς ἄβατον sc. ἱερὸν, 16, 12, 7. (*opp.* ἔμβατος.) 2) *fluvius*, qui vado transiri nequit, 1, 75, 5. 2, 32, 10. 4, 70, 7. 5, 22, 2. 16, 7, 7.

Ἀβέβαιος. τὸ ἀβέβαιον καὶ δυσφύλακτον τῆς τύχης, 15, 34, 2.

Ἀβεβαιότης. τὴν ἀθεσίαν αὐτῶν καὶ τὴν ἀβεβαιότητα, *Fr. gr.* 6. *nisi posterius vocab. interpretationis causa adjectum est a grammatico.*

Ἀβλαβής. 1) *passive;* illæsus. τὴν Λιβύην εἰς τέλος ἀβλαβῆ διαμένουσαν, 1, 20, 7. ἀβλαβῆ τὴν πατρίδα ἀπολαβεῖν, 2, 61, 10. *Adde* 7, 8, 7. &c. 2) *active;* ἀβλαβῆ τὴν ἵππον αὐτοῖς ἐσομένην, nihil eis nociturum equitatum; 9, 4, 2. ἀβλαβέστερος, cum minori damno et periculo conjunctus; 1, 35, 7.

Ἀβλεπτεῖν. ἀβλεπτοῦντες, oculos claudentes, conniventes. *Fr. hist.* 45. ἀβλεπτοῦντες τὸ πρέπον, decorum non respicientes, honesti rationem non habentes; 30, 6, 4.

Ἀβλεπτήματα, peccata, *Fr. gr.* 1.

Ἀβοήθητος πληγὴ, ἀβοήθητον ἕλκος, κακὸν, *vulnus, ulcus, malum* insanabile, cui adferri nequit remedium; 16, 4, 12. 1, 81, 5. 14, 4, 6.

Ἀβουλία, imprudentia, 1, 31, 1. 1, 37, 6. 11, 2, 7. 30, 9, 21.

Ἀβούλως, inconsiderate, 1, 11, 5.

Ἀγαθός. 1) ἀγαθοὶ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, οὐκ ἐκ τῶν κατὰ λόγον, ἀλλ' ἐκ τῶν συμβαινόντων ποιεῖσθαι τὰς διαλήψεις, amant, solent *judicare*, 21, 5, 6. *nisi ita intelligendum*, non sunt habiles ad judicandum ex eo quod rationi est consentaneum, sed tantum ex eventu. 2) ἐπ' ἀγαθῷ. ἐπ' ἀγαθῷ πᾶσι γενόμενος, omnibus utilem se præstans, omnium commodis prospiciens; 6, 2, 15. πολλὰ περὶ Ῥωμαίων εἰπὼν ἐπ' ἀγαθῷ, de Romanis in bonam partem verba fecit, multa in eorum laudem dixit; 27, 6, 13. τῆς ἐπ' ἀγαθῷ μνήμης ἄξιος, 6, 39, 2. τὴν ἐπ' ἀγαθῷ μνήμην ποιεῖσθαί τινος, virtutis laude aliquem prosequi; 16, 40, 7. *Sic* ἡ ἐπ' ἀγαθῷ μνήμη 2, 61, 6. *non solum est* mentio honorifica *obiter facta, sed ubi* ex professo laudem alicujus celebrat *scriptor*, et lectores attentos reddit ad præclare facta.

Ἄγαμαι. ἀγασθῆναι τὴν μεγαλοψυχίαν, 18, 24, 5. ἐν οἷς ἀγασθὲν τὸ πλῆθος αὐτοῦ τὴν προαίρεσιν, 40, 8, 11. *Valesius*, ἐν οἷς *vertens cujus rei caussa*, ἐφ' οἷς *in animo habuerat. Verba* ἐν οἷς *ad* προαίρεσιν *referenda;* multitudo admirans, laudans studium ejus quod his rebus ille testatum fecerat.

Ἀγανακτεῖν. ἀγανακτῶν *perperam editum erat* 3, 80, 4. *pro* ἀγωνιῶν.

Ἀγγελία, nuncius, 3, 61, 8. ἀγγελίαν *mendose dabant MSti* 11, 2, 7. *pro* ἀγεννίαν.

Ἄγγελος. οὐχ οἷον παρακλήσεως, ἀλλ' ἀγγέλου μόνον ἐδεήθησαν. 1, 72, 4.

Ἄγω. 1) ducere, agere *prædam vel commeatum, præsertim pecora; sive* advehendo aut adigendo, *ut* ἄγοντες καὶ φέροντες συνεχῶς τὰς ἀγοράς. 1, 18, 5. *sive* abigendo et avehendo, *ut* ἄγειν καὶ φέρειν τὰ τῶν πέλας, 4, 27, 2. ὅσα δυνατὸν ἦν ἄγειν καὶ φέρειν, 5, 13, 1. ὥστε μήτε ἄγειν μήτε φέρειν δύνασθαι τὸ στρατόπεδον τὰς ἀφιλείας, 3, 86, 10.

2) ducere, adducere aliquem, veluti *in summum periculum,* εἰς ὁλοσχερῆ κίνδυνον ἄγειν τινα, 2, 67, 2. vinctum ducere, *nude* ἄγειν, 15, 32, 5. in servitutem redigere, ἄγειν ὑπὸ τὸν ζυγὸν, 4, 82, 2.

3) *speciatim,* ducere milites adv. hostem, signa inferre, *et neutraliter,* progredi; *v. c.* κατὰ πρόσωπον ἄγειν τοῖς πολεμίοις, a fronte signa inferre, 11, 14, 6. *et similia sæpius. Eodem pertinet* 29, 9, 8. καλῶς ποιοῦντας τοὺς Ἀχαιοὺς καὶ τρεῖς ἄγειν καὶ τέτταρας μυριάδας ἀνδρῶν μαχίμων, Achæos absque suo incommodo triginta quin et quadraginta armatorum millia adversus hostem ducere; *nisi ibi cum Reiskio interpretari velis* æstimari posse ad XXX vel XL millia.

4) *Ad mentis operationes aut animi adfectiones varie transfertur verbum.* ὑπὸ τὴν ὄψιν ἄγειν, ob oculos ponere, 29, 8, 8, *et sæpius alias.* εἰς μνήμην ἄγειν τι τινὶ, 2, 35, 5 *et* 7. εἰς ἀληθινὰς ἐννοίας ἄγειν τοὺς ἐντυγχάνοντας ὑπὲρ τούτου, 1, 15, 13. εἰς ἐπίστασιν ἄγειν τινα περί τινος, aliquem attentum reddere ad aliquid, 2, 56, 6. 9, 22, 7. 10, 40, 4. 28, 3, 6. εἰς μίσος φόβον ἄγειν τινὰ περί τινος, 3, 2, 2. ἀγόμενοι ἐπὶ τὰς ἁρπαγὰς, incitati, cupiditate prædæ adducti, 4, 3, 3.

5) *Paulo rariori usu, pro* ἐκδέχεσθαι, interpretari, accipere; *ut,* εἰς ἐπιλοκάκησιν ἄγειν τι, interpretari aliquid tamquam de industria peccatum et insidioso consilio male gestum, 27, 13, 13.

6) agere, *sicut dicimus* agere vitam, otium, dies festos, *et similia; item* uti, *ut* tali uti instituto. ἡσυχίαν *vel* τὴν ἡσυχίαν ἄγειν, 3, 60, 12. 4, 3, 2. *cf.* ἡσυχία. τὴν εἰρήνην ἄγειν, 16, 34, 4. 17, 1, 11. ἑορτὴν ἄγειν, 8, 37, 1. ἀγῶνας ἄγειν καὶ πανηγύρεις, 16, 23, 7. ἐλινύας ἄγειν, ferias, dies festos agere, 21, 1, 1. οὕτως ἦγε τοὺς χρόνους τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνος, ita gens Achæorum tempora putabat. 5, 1, 1. ἄγειν ἐκέλευε τὴν ἀγωγὴν, ἣν καὶ νῦν ἄγουσι, idem institutum porro tenere jussit quod nunc tenerent, 26, 2, 9. 25, 9, 4. τὴν αὐτὴν αἵρεσιν ἦγον ἐκείνῳ, idem institutum atque ille tenebant, eamdem sectam sequebantur. 27, 13, 13. *Præteritum activ.* ἦχα, 3, 111, 3. 9, 22, 7. *ubi perperam vulgo* εἶχε *legebatur, quæ verba passim inter se a librariis permutata sunt.* cf. ἔχω. *Alibi tamen etiam præteritum* ἀγήοχα. *formavit Polybius; certe compositum verbum* ἐξαγηοχέναι *habemus* 24, 3, 1.

Ἀγηλεδὸν, gregatim, 34, 2, 14.

Ἀγήνια, *vide* Ἀγυιὰ.

Ἀγεννὴς *et* ἀγεννὴς, ignobilis, parum generosus, parum e dignitate, *et de homine,* ignavus. *In scripturam cum duplicata litera* νν *plerumque consentiunt codices, certe in quinque prioribus Polybii libris, quorum exemplaria sunt vetustiora.* οὐκ ἀγεννὴς πρᾶξιν, 5, 111, 3. τὸ ἀγεννὲς καὶ γυναικῶδες τῆς αἱρέσεως, 2, 56, 9. ἀπρεπὴς καὶ ἀγεννὴς, 3, 112, 9. ἦς ἀγεννεστέραν φωνὴν οὐ ῥᾴδιον εὑπεῖν, 30, 16, 4. εἶημεν ἀγεννέστατοι πάντων, 15, 10, 5. quo loco, æquabilitatis caussa scripturæ, teneri potuerat ἀγεννέστατοι, *quod ediderat Casaub.*

quamvis ibi simplici litera ν utantur codices MSti.

Ἀγεννία, ignobilitas, degener et pusillus animus, ignavia, 30, 9, 1 *et* 19. 30, 6, 8. 39, 2, 10. *Hoc vocabulum Polybio restituimus* 11, 2, 7. *ubi in* ἀγγελία *detortum erat a librariis. Pariter pro* ἀγέννειαν, 5, 83, 13. *ex melioribus libris restituendum* ἀγεννίαν; *quam formam vocis, diserte etiam a Suida commendatam, immerito damnavit H. Stephanus in Indice Thesauri Linguæ Græcæ.*

Ἀγεννῶς καὶ ποικίλως χρώμενοι τοῖς πράγμασι, parum generose et parum constanter, 4, 30, 7. ἀγεννῶς καὶ ῥαθύμως, 3, 90, 6.

Ἀγερωχία, insolentia, arrogantia, superbia. 10, 35, 8.

Ἀγερώχως καὶ λίαν ὑπερηφάνως, 2, 8, 7. ἀγερωχότερον αὐτοῖς ἀπήντα. 18, 17, 3.

Ἄγημα, 5, 25, 1. 5, 65, 1. 31, 3, 8. *Confer Indic. histor. in* Agema.

Ἀγκιστρώδης ἐπιδορατὶς, hamatum ferrum hastæ. 34, 3, 5.

Ἀγκιστρωτὸν βέλος, 6, 23, 10.

Ἀγκύλη, ἡ, lorum, amentum, 27, 9, 6.

Ἀγνοεῖν. 1) errare, in errore versari, 3, 26, 7. 3, 32, 1. 3, 38, 3. 3, 81, 1. 4, 74, 3. κατ' ἀμφότερα ἀγνοεῖν μοι δοκοῦσι. 6, 3, 7. 18, 21, 7. ἀγνοεῖν τοῖς ὅλοις πράγμασι, re falli, toto cœlo aberrare, 18, 19, 6. 2) ignorantia labi, per errorem peccare, *et nude,* peccare. Sic οἱ ἠγνοηκότες, errore lapsi, 1, 67, 5. et ἀγνοεῖν, 15, 19, 3. πολεμεῖν τοῖς ἀγνοήσασι, bellum gerere cum eis qui peccarunt, qui deliquerunt, 5, 11, 5. τὰ ἠγνοημένα, errata, peccata, 38, 1, 5.

Ἄγνοια, ἡ, error, imprudentia, stultitia; peccatum, delictum, *præsertim* errore et per imprudentiam commissum; 1, 68, 1. 2, 7, 12. 2, 58, 13. 3, 16, 4. 4, 36, 3 *et* 9. 29, 7, 2. 31, 7, 9. Sic τῶν μὲν τὰς ἀγνοίας ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐξηδιχόμενος *vel* ἐκδιχόμενος, aliorum leviora delicta, per imprudentiam commissa, iniqua interpretatione graviora faciens, 5, 41, 3. ἀπειρηδίσθαι τὴν ἄγνοιαν ἐπὶ τοὺς αἰτίους τῆς ἁμαρτίας, erroris culpam in auctores delicti conferre, 38, 1, 5. *Nonnumquam tamen de* graviori culpa et deliberato crimine *usurpatur idem vocab. veluti* 27, 2, 2. 38, 2, 12. 38, 3, 6. *Sic Apellis* ἄγνοια 5, 1, 8. *nimis leniter vertitur* error; *ac videri poterat* culpa et scelus *dici, nisi ex collato loco* 4, 87, 10. *intelligeretur, dicere Polybium voluisse* stultitiam *hominis, qui sibi persuaserat, se invito Arato Achæos in servitutem redigere posse.*

Ἀγνωμόνως ποιεῖν κατά τινος, ingrate facere adversus aliquem. 25, 2, 2. (*i. q.* ἀχαρίστως, 25, 1, 10.)

Ἀγνώμων. 1) ingratus, beneficii nullum sensum habens. ἐπεὶπερ οὕτως ἀχαρίστους ὑμᾶς ὁ βασιλεὺς καὶ λίαν ἀγνώμονας εὑρίσκει, 4, 85, 3. 2) stolidus. ἀλλὰ τοῦτό γε ἐστὶ πάντων ἀγνωμονέστατον, omnium stolidissimum, 18, 20, 6. τοῖς ἀγνώμοσι *olim ex uno codice perperam editum erat* 5, 11, 5. *pro* τοῖς ἀγνοήσασι.

Ἀγνωσία. διὰ τὴν ἀγνωσίαν τῆς ἐκτὸς θαλάττης, quoniam ignotum, non satis cognitum est mare exterius, 16, 29, 12.

Ἀγορὰ, ἡ, 1) forum. οἱ ἐκ τῆς ἀγορᾶς βάπτοντες, 1, 40, 9.

2) concio. *Apud Achæos* ἡ ἀγορὰ 28, 7, 3. *et* 29, 9, 5. *erat* genus συνόδου *vel* concilii, in quo (præter Archontes, *id est* summos magistratus) conveniebat sola βουλὴ, (*id est* senatores a civitatibus delegati;) *et distinguitur a* τῇ συγκλήτῳ, *ad quam conveniebant quicumque vellent Achæorum, qui triginta annis essent majores;* 28, 9, 5 *sq. coll. c.* 8, 8. *Itaque* οἱ πολλοὶ, *quorum fit mentio* 29, 9,

5. *et ὁ ὄχλος et τὸ πλῆθος* 28, 7, 4 *et* 14. *rursusque* 29, 8, 9. *non sunt privati cives Achæi, sed τῆς βουλῆς membra; nisi τὸ πλῆθος et τὸν ὄχλον intelligere malimus de corona populi concilium circumstantis, qui voluntatem suam sive adplausu sive murmure significabat. In ἀγορᾷ* 28, 7. *agebatur de honoribus Eumenis restituendis: sed de auxilio ferendo decretum ἐν ἀγορᾷ fieri vetabant leges;* 29, 9, 5.

3) *ἀγοραὶ*, omne genus commeatus; *latius patet quam ἡ σιτηρεχία, vide* 1, 52, 5. *et comprehendit τὴν τροφὴν καὶ τὰ ἄλλα ἐπιτηδεια*, 1, 82, 6. 28, 10, 5. *τὰς τῶν ἐπιτηδείων ἀγορὰς ἐκπέμπειν δανψιλεῖς*, 1, 68, 5. *ἄγειν καὶ φέρειν τὰς ἀγορὰς*, omne genus commeatuum advehere et adferre, 1, 18, 5. *ἀγορὰς παράγειν*, 3, 75, 6. *τὰς ἀγορὰς κομίζειν τοῖς στρατοπέδοις*, 1, 39, 8. *παρακομίζειν*, 1, 52, 5. 1, 82, 6.

Ἀγοράζειν τὰς ἐκδόσεις παρὰ τῶν τιμητῶν, locationes redimere a censoribus, 6, 17, 4. *οἱ ἠγορακότες, ibid.*

Ἀγορανομία, ædilitas, 10, 4, 1.

Ἀγορανόμος, ædilis, 10, 4, 6. 10, 5, 3. *τὸ τῶν ἀγορανόμων ταμιεῖον*, 3, 26, 1.

Ἄγρα, ἡ, venatio, præda, captura. *ὡς ἂν εἰς ἄγραν ἥκοντες τοιαύτην, εἰς ἣν οὐδεὶς οὐδέποτε πολέμιον ἤξειν ἤλπιζε*, ad eas opes deprædandas &c. 9, 6, 9.

Ἄγριος τύραννος, ferus tyrannus, 4, 77, 4. *αἶξ ἄγριος*, 12, 3, 9. *πρόβατον ἄγριον, ibid. αἶγες ἀγρίαι*, 12, 3, 8. *ζῶα ἄγρια*, 12, 4, 1.

Ἀγριότης, feritas, efferati mores. 4, 20, 2. 4, 21, 11. 9, 24, 4.

Ἄγρωστις, graminis genus, 34, 10, 3 *sq.*

Ἀγύρτης ἄνθρωπος, 12, 9, 5.

Ἀγχίαλος, *ex Homero adfertur*, 34, 4, 2.

Ἀγχιβαθής. *ἀγχιβαθῆ*, profunda loca, 4, 41, 6.—"*Vox Homerica* (*ait Ernesti*) ex Od. E. 413. *quæ tamen non de omni profunditate maris dicitur, sed de ea quæ est statim ad litus, scopulum, &c.*"

Ἀγχίνοια, consilii prudentia, ingenii acumen. 5, 10, 4. 8, 36, 10. 32, 23, 4. *αὐλικὴ ἀγχ.* aulica calliditas. 15, 34, 4.

Ἀγχίνους, callidus, 25, 8, 1. *σκεῦος ἀγχίνουν*, 15, 25, 1.

Ἀγχόνη. *διὰ τῆς ἀγχόνης ἀπόλλυσθαι*, suspendio vitam finire, 12, 16, 1.

Ἀγωγεύς, lorum quo trahitur vel adligatur equus. 3, 43, 4. *Fr. hist.* 13.

Ἀγωγή. 1) adductio rei ad judicem vindiciarum caussa, vindiciæ. 12, 16, 4 *sqq.*

2) institutio, disciplina. 10, 24, 2 *sq. ἀγωγὴ παιδικὴ, νεωτερικὴ*, 10, 24, 6 *sq.* Λακωνικὴ, 1, 32, 1. *ἡ ἐκ παίδων ἀγωγὴ*, 6, 2, 13. *δημοτικῆς ἀγωγῆς τετυχὼς*, 25, 8, 1. *Conf. ἀναγωγή.*

3) *ἀγωγὴ τῶν πραγμάτων*, administratio rerum, 3, 8, 5. 3, 86, 7. *τῆς πολιτείας*, 25, 9, 4. *ἀγωγὴ τοῦ βίου*, institutio vitæ, institutum, 4, 74, 1 *et* 4. Ἑλληνικὴ *ἀγωγὴ*, mos, institutum Græcorum, 18, 1, 2. *ubi tamen poterat etiam* disciplina *verti, quoniam de parte quadam agitur disciplinæ militaris. ἄγειν τὴν ἀγωγὴν ἣν καὶ νῦν ἄγουσι*, idem institutum persequi, quod nunc teneant. 26, 2, 9.

4) *nescio utrum pro διαγωγὴ*, oblectatio, *accipiatur, an peculiarem usum habeat hoc vocab. ubi* de conviviis *agitur, ut* 4, 20, 10. *τὰς ἀγωγὰς τὰς ἐν ταῖς συνουσίαις οὐχ οὕτω ποιοῦνται διὰ τῶν ἡσυσίων ἀκροαμάτων, ὡς δι' αὐτῶν &c. Cui loco parum lucis adfundit ille* 15, 29, 7. *κατὰ τὴν ἰδιωτικὴν ἀγωγὴν ἐπιτίλει τὴν συνουσίαν, ubi quamquam pariter de convivio agitur, tamen ἡ ἰδιωτικὴ ἀγωγὴ nil*

aliud est, nisi consuetus mos, consuetum institutum.

Ἀγὼν, ὁ. 1) *de* prælio, *persæpe; veluti* ναυικὸς ἀγὼν, 10, 31, 2. οἱ ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἀγῶνες, 2, 35, 7. συστάντες ἀγῶνες, 1, 27, 11. χωρὶς τῶν λοιπῶν ἀγώνων, 1, 63, 5. 2) *de* ludis solennibus. ἀγῶνας ἄγειν καὶ πανηγύρεις, 16, 23, 7. γυμνικοὶ ἀγῶνες, 7, 10, 2. 5, 101, 6. ὁ τῶν Ἀντιγονείων ἀγὼν, 28, 16, 3. ἀγῶνες ἐπινίκιοι, 30, 13, 1. ἀγῶνες ἐν Μακεδ. συντετιλεσμένοι, 31, 3 *seq. et cap.* 5, 1. 3) *de* contentione oratorum *in foro, vel in senatu.* πλείστων μετειοχηκὼς πολιτικῶν ἀγώνων, qui plurimas caussas egit, qui in plurimis contentionibus forensibus versatus est, 12, 27, 8. πρεσβευτικοὶ ἀγῶνες, disceptationes legatorum *a diversis populis missorum*, 9, 32, 4. 4) ἐν ἀγῶνι εἶναι, μὴ &c. 4, 56, 4. in periculo esse, ne; *si modo vera scriptura. Perspecte Ernestus:* "Etsi ἀγῶνα (*inquit*) *sic dici scio, tamen constructionis forma propemodum suadet legere* ἀγωνία.

Ἀγωνία. πλήρης ἀγωνίας, anxietatis plenus, 8, 21, 2. ἐκπληκτικὴν καὶ παραστατικὴν ἀγωνίας, terrorem, metum, anxietatem, horrorem incutiens, 3, 43, 8. 18, 8, 1. ἐν ἀγωνίᾳ *legendum videtur* 4, 56, 4. *pro* ἐν ἀγῶνι; *vide* ἀγών. *Mendose* ἀγωνίας *vulgo legebatur* 7, 10, 5. *pro* ἀναγωγίας. *Et pariter corrupte* ἀγωνίας 10, 24, 3. *pro* ἀγωγὰς, *quod restituimus.*

Ἀγωνιάω, valde vereor. *Cum accus.* timere aliquem *vel* aliquid. πόλεις ἀγωνιῶσαι τὰς πεζικὰς δυνάμεις, 1, 20, 6. ἀγωνία τὸ συμβησόμενον, 1, 44, 5. ἀγωνιῶν τὴν ἀθυμίαν τῶν Κελτῶν, 3, 78, 1. ἀγωνιῶν (*peretam olim* ἀγωνιακτῶν) τὸν ἐπιτεθησόμενον τῶν ἵππων, 3, 80, 4. τοὺς Αἰτωλοὺς ἀγωνίαν, 10, 41, 2. ἀγωνιῶντες οὐδένα, timentes neminem, 30, 5, 9. ἀγωνία τὸν ἔκπλουν, timebat profectionem, verebatur proficisci, 16, 24, 2. *Cum præpos.* περί. περὶ τῆς κατ' Αἴγυπτον ἀγωνίαν ἀρχῆς timebant Ægypti regno, soliciti de eo erant ne invaderetur, 5, 34, 9. περὶ σφῶν αὐτῶν, sibi ipsis timebant, de se erant soliciti, 2, 6, 8. *Sequente conjunct.* μὴ *cum subjunct.* ἀγωνιῶν μὴ πιστευθῇ (ταῦτα) παρά τισιν, veritus, ne fidem hæc apud nonnullos invenirent, 3, 9, 2. 1, 10, 6. 1, 31, 4. 1, 66, 8. 18, 22, 4.

Ἀγωνίζεσθαι. 1) pugnare, dimicare. οἱ ἀγωνιζόμενοι, 1, 45, 9. 15, 9, 4. κελεύσας ἀγωνίζεσθαι καὶ διαμάχεσθαι περὶ τοῦ τόπου, 3, 104, 6. Ἀντίοχος ἠγωνίζετο τῷ κατὰ τὸ δεξιὸν κέρας προτερήματι, 5, 85, 7. *haud satis emendatus locus; certe mihi non liquet.* 2) spectaculum edere. οὐδέπω ἡ τύχη τοιοῦδ' ἠγωνίσατο ἀγώνισμα, οἷον τὸ καθ' ἡμᾶς. 1, 4, 5. *Vide mox* ἀγώνισμα, *et dein* ἐναγωνίζεσθαι.

Ἀγώνισμα. certamen, dimicatio, 3, 4, 4. 3, 81, 2. *Sigillatim de* certamine athletico *usurpatur, ut* 1, 58, 1. ὥσπερ ἀγαθὸς βεβαιωτὴς ἡ τύχη αὐτοὺς ἐκ τοῦ προϋπάρχοντος ἀθλήματος εἰς παραβολώτερον ἀγώνισμα (in periculosius certamen) συνήλασεν. *Pariter ad* athleticum certamen *potissimum pertinet illud,* καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν κατ' ἄνδρα καὶ ζυγὸν ἀγωνισμάτων, 3, 81, 21. *Quare quum* athleticum certamen, *tamquam* ludus, *institui consueverit* spectaculi caussa, ad oblectationem spectatorum; *ipsum quoque vocab.* ἀγώνισμα *pro* ludo et spectaculo *usurpatur, ut in illo* 3, 31, 12. si caussarum explicationem tollas ex Historia, τὸ καταλειπόμενον αὐτῆς, ἀγώνισμα μὲν, μάθημα δ' οὐ γίγνεται, quod superest illius, ludicrum est spectaculum, quod oblectari quidem in præsens potest, non autem opus ad erudiendum lectorem comparatum; *quem locum ex*

Thucyd. I. 22. *imitatus est Polybius, ut jam monuit Ernestus, qui et conferri jussit Casaubonum ad Suetonii Cajum cap. 53. Eodem pertinet* 1, 4, 5. οὐδέπω ἡ τύχη τοιόνδε ἠγωνίσατο ἀγώνισμα &c. numquam fortuna tale spectaculum ediderat, quale nostra ætate.

Ἀγωνιστὴς, certator, propugnator. ἀγωνιστὴς καὶ τιλεσιουργὸς τῆς πράξεως (τῆς Πελοποννησίων ὁμονοίας) Φιλοποίμην, 2, 40, 2. *Distinguuntur ibi tria genera virorum, qui in ea re elaborarunt: primum* ἀρχηγὸς καὶ καθηγεμὼν, *tum* ἀγωνιστὴς καὶ τιλεσιουργὸς, *denique* βεβαιωτής.

Ἀγωνοθετεῖν τινας καὶ συμβάλλειν, aliquos veluti spectaculi caussa committere inter se, ut bella invicem gerant, 9, 34, 3.—"*Unde simpliciter pro* incitare ad pugnandum *dicitur. Jos. Ant.* XVII. 3, 1. ἀγωνοθετεῖν στάσιν, seditionem ciere. *Item* ἀγωνοθετεῖν τινα *simpliciter est* alicui bellum contrahere, et eum quasi præmium ponere, quod bello petendum sit." *Ern. Conf.* διαγωνοθετεῖν.

Ἀδαὴς, ignavus, indoctus, inscius. 5, 33, 4. 12, 25, 9.

Ἀδειγάνις, magistratus *s.* judices apud Seleucienses. 5, 54, 10.

Ἀδελφιδοῦς, fratris filius, 5, 79, 12. 5, 87, 1. sororis filius. 12, 13, 4. 17, 10, 8.

Ἀδελφικὴ συγγένια. 22, 7, 11.

Ἀδελφὸς, τἀδελφοῦ 3, 76, 1. τἀδελφῷ 3, 97, 4. μετ' ἀδελφοῦ καὶ τῶν φίλων, 3, 85, 6. *forsan* μετὰ τἀδελφοῦ *scribendum.* ἀδελφὸς ἐκ μητρὸς, 22, 12, 11.

Ἄδενδρος. τὰ ἄκρα τῶν Ἄλπεων ἄδενδρα. 3, 55, 9.

Ἄδέσποτον σκάφος, 6, 44, 3. *non est* gubernatore carens, *ut interpretatus est Ern. nam gubernatoris mox ibid. vs.* 4. *diserta fit mentio; sed* domino carens, *ut vertit Casaub. id est,* cujus *vel* nauclerus non adest, *vel* cui non adest præfectus dans imperia. *De navi absque gubernatore vide* 3, 81, 11. *et* 10, 33, 5.

Ἀδεῶς ἐβασίλευε, sine metu, tuto, secure, absque periculo regnabat. 1, 16, 10. ἀδεῶς πορεύειν, impune, nemine resistente, 1, 12, 4. 1, 30, 3. 2, 25, 1. 3, 92, 2. 5, 96, 1. &c. ἀδεῶς ἐπεπορεύετο τὰς πόλεις, fidenter obivit civitates, 2, 52, 1. ἀδεῶς διῆγον, licenter agebant, 1, 66, 10.

Ἄδηλος, obscurus, dubius, anceps. ἄδηλον εἶχον τὴν γνώμην, non nudabant suam sententiam, 4, 22, 5. τὰ τῆς τύχης ἄδηλα, incerti fortunæ casus, 35, 2, 14. ἄδηλος ἐπίβασις, incertus gressus, quum non videmus ubi pedem ponimus, *ob nivem,* 3, 54, 5. ἄδηλον βέλος, occultum telum, *ex insidiis missum,* 13, 3, 4. ἄδηλοι τόποι, occulta loca, 3, 19, 2. 5, 13, 3. ἄδηλοι ἦσαν αὐτοῖς, latebant illos, conspici ab eis non poterant, (*oppos.* σύνοπτοι) 7, 17, 14. ἄδηλος φόβος, anceps metus, 30, 4, 17. ἄδηλοι φόβοι, incerti terrores, 6, 56, 11. ἄδηλοι ἐλπίδες, 8, 3, 2.

Ἀδηλότης, ἡ, τῶν προσδοκωμένων, exspectationis incertitudo, 36, 4, 2. διδιότες περὶ σφῶν διὰ τὴν ἀδηλότητα καὶ τὸ τάχος τῆς παρουσίας τῶν πολεμίων, propter improvisas sæpe et subitas hostium incursiones, 5, 2, 3.

Ἀδήλως, clam, 2, 47, 9. (*opp.* προδήλως.)

Ἀδήριτος, non controversus, nulli contentioni obnoxius. ἀδήριτον κατέχειν *vel* ἔχειν τὴν ἡγεμονίαν, 1, 2, 3. 1, 20, 12. τὴν εἰρήνην εἰς πάντα τὸν χρόνον ἀδήριτον κτᾶσθαι, 4, 74, 3. εἰς ὑπεροχὴν καὶ δυναστείαν ἀδήριτον ἀφικνεῖσθαι, 6, 57, 5. ὑπολαβόντες ἀδήριτον ὑπάρχειν αὐτοῖς τὴν Ἰβηρίαν, 10, 36, 3.

Ἀδηρίτως, sine controversia, sine ullo discrimine. 3, 93, 1.

Ἀδιάκριτος φωνὴ, confusæ voces, promiscuus clamor, 15, 12, 9.

de mercenariis Pœnorum, quorum varius erat sermo.

Ἀδιαλείπτως νικῶντες, sine intermissione, continenter, 9, 3, 8.

Ἀδιαλύτως πολεμεῖν τινι, 18, 20, 4. *quod est alias* ἄσπονδος πόλεμος, implacabile bellum gerere.

Ἀδιανόητος. λέξεις ἀδιανόητοι καὶ κρουσματικαὶ, voces quæ non intelliguntur, verba quibus notio nulla subjecta est, 3, 36, 3. tibicines φυσῶντες ἀδιανόητα, confusos et discrepantes sonos edentes, 30, 13, 8.

Ἀδιάπαυστος καὶ συνεχὴς, non intermissus, 4, 39, 10. *cf.* ἄπαυστος.

Ἀδιαπαύστως, sine intermissione, 1, 57, 1. 22, 11, 7.

Ἀδιάπτωτος· ὁ τρόπος εὐχερὴς καὶ ἀδιάπτωτος, ratio *capiendæ mensuræ scalarum* facilis ac certa, nulli errori obnoxia, 5, 98, 10. κομιδῆς ὑπαρχούσης ἀδιαπτώτου, quum (*ea, quæ contulissent,*) haud dubie, citra controversiam, essent recepturi, 4, 60, 10. ἀδιάπτωτα γίγνεται τὰ κατὰ τὰς φυλακὰς, sine errore, inoffenso tenore observantur excubiæ, 6, 37, 6.

Ἀδιαπτώτως παραγίγνεσθαι, διασαφεῖν, *&c.* sine ullo errore, certissime, indubitanter, exactissime. 6, 26, 4. 6, 41, 11. 10, 47, 3. 12, 4, 2.

Ἀδιάσπαστος, indivulsus. τὸ τῆς τάξεως σύστημα ἀδιάσπαστον ἔμεινε. 1, 34, 5.

Ἀδιαφορεῖν, juxta habere. τῶν ναυκλήρων ἀδιαφορούντων, *scil.* ὑπὲρ τοῦ πράγματος, cum naucleri id non curarent, perinde haberent, 31, 22, 10.

Ἀδιαφόρως ἔχειν ὑπέρ τινος, *i. q.* ἀδιαφορεῖν. εἰ ἀδιαφόρως ἔχουσιν ὑπὲρ τοῦ πειθαρχεῖν αὐτοῖς τοὺς Ἕλληνας, quod si eis perinde esset, quod si non curarent, &c. 26, 2, 9. *Perperam* διαφόρως *dant MSti, quod in* διακόρως *temere mutarunt editores.*

Ἀδικεῖσθαι εἰς ἀργυρίου λόγον, 11, 28, 8. *vid.* λόγος.

Ἀδίκημα. ἀδικήματα γίγνεται κατὰ τὴν πόλιν, facinora, maleficia patrantur per urbem, 1, 66, 6 *et* 8. τὸ κατὰ Ζακανθαίους ἀδίκημα, injuria Saguntinis illata, 3, 8, 1. *quemadmodum et* 3, 20, 6. *ex cod. Bav. olim editum erat.* ἀδίκημα περὶ τὰς ἀποφάσεις, error, falsum judicium, 9, 21, 7.

Ἀδικία. διὰ τὴν τῶν πέλας ἀδικίαν, 15, 21, 3. ob suam in alios iniquitatem *vertit Casaubonus; imo,* aliorum injuria, ex aliorum iniquitate.

Ἀδικοδοξία, iniquum, pravum consilium, 23, 16, 7. *Fr. gr.* 5.

Ἀδόκιμός ἐστιν ἡ χρεία, rejiciendus, experientia reprobatus est usus *hujus generis armorum,* 6, 25, 8. ἀδόκιμός ἐστι παρὰ Λακεδαιμονίοις ἡ τοῦ διαφόρου τίμησις, nulla apud Lacedæmonios pecuniæ auctoritas est, 6, 25, 8. ἀδόκιμος σύνταξις, historia improbanda, fidem nullam merens, 16, 14, 19.

Ἀδόλως κοινωνεῖν τινι παντὸς ἔργου. 1, 78, 7.

Ἀδοξεῖν, male audire, 1, 52, 2. 16, 39, 2. *utrobique jungitur cum* διαβάλλεσθαι.

Ἀδοξία, mala fama, infamia. ἀδοξία παρὰ τοῖς ὄχλοις καὶ διαβολὴ, 26, 2, 5. *conf.* ἀδοξεῖν. πόλεμος ἀδοξίας καὶ βλασφημίας πλήρης, bellum infamiæ plenum, turpissimum, 11, 5, 8. τὸ τῆς ἀδοξίας ὄνειδος, *pro olim vulgato* τὸ τῆς ἀδοξίας εἶδος, *ex Reiskii conjectura edidi* 6, 57, 6. *quam et Ernestus comprobavit his verbis:* "ἀδοξία, conditio privata, *cum aliquis expers est magistratuum, adeoque gloria populari caret, quam Cicero dicit de Offic. lib. II. tradens ejus comparandæ rationem. In vitiis liberæ reipublicæ Polybius ponit* φιλαρχίαν καὶ τὸ τῆς ἀδοξίας εἶδος. *In* εἶδος *esse vitium, planum est. Cl. Reiskius conjicit* ὄνειδος, *eleganter. Possis*

et conjicere μῆκος ἀδοξίας. Hanc significationem bene illustrat idem V. Cl."—Videndum tamen, an vera sit scriptura codicis Paris. E. τὸ τῆς ἀδοξίας εἶδος, ea notione, quam in Adnot. ad h. l. exposuimus.

Ἀδοξοποίητος. *ἀδοξοποίητα ζῶα*, animalia quæ non reguntur opinionibus, 6, 5, 8. *cf. δοξοποιία.*

Ἀδυναμία, imbecillitas, impotentia, virium defectus, 5, 62, 78. 31, 12, 3 *et* 7. inopia, 22, 17, 10. *ἀδυναμίαν ἐπεργάσασθαι ἄλλοις*, aliorum vires frangere, 9, 10, 11. *ἀδυναμία ἐν τοῖς ἱππικοῖς*, imperitia rei equestris. 10, 25, 8. *διὰ τὴν αὐτοῦ ἀδυναμίαν τοῦ βασιλεύειν*, quod esset ipse parum idoneus ad gubernandum regnum, 15, 34, 5.

Ἀδυνατῶν *seq. infinit. i. q. οὐ δύνασθαι*, non posse, 3, 70, 10. 5, 48, 3. 5, 60, 2. 8, 36, 7. *Absolute positum verbum, de instrumento, v. c. telo, gladio, hasta;* nihil amplius valere, nulli usui esse, nullum amplius usum posse præstare: *ὅτι τι τούτων ἀχρεωθὲν ἀδυνατήσει*, 16, 33, 3. *De homine;* nihil amplius posse, exhaustum esse viribus: *τῶν δὲ λοιπῶν ὑπὸ τοῦ κόπου καὶ τῶν τραυμάτων ἀδυνατούντων*, 16, 33, 4.

Ἀδύνατος. 1) *active. τὸ περιλειπόμενον τῆς δυνάμεως ἀδύνατον*, viribus exhaustum, nihil agere valens, nullius usus, 3, 64, 8. *ἀδύνατος διὰ τὴν μέθην*, nihil valens, inhabilis ad agendum, 8, 32, 6. *Νομαδία ἀδύνατος πρὸς ἡμέρους καρπούς*, non idonea frugibus sativis ferendis, 37, 3, 8. *ἡ τῆς φάλαγγος χρεία ἀδύνατος κατ' ἄνδρα κινδυνεύειν*, 18, 9, 4. 2) *passive. τὸ γὰρ ἀδύνατον αὐτόθεν ἴσχει τὴν πίστιν*, 12, 21, 9. *aut ἀπιστίαν legendum, aut ἀβεπῆ vel ἀφαιρῆ pro ἴσχει*, quod fieri non potest, eo ipso non est credibile, fidem non meretur, *ἀδυνατώτερον τοῦ πρόσθεν*, magis impossibile, quam id quod prius dixi. 1, 67, 9. *Metonym. ἀδυνάτου τινὸς συμβάντος*, si quid incidit cur fieri non possit, *sive* quod rem impossibilem faciat, justum impedimentum, 6, 17, 5. *Sic τὰ ἀδύνατα* 6, 26, 4. *sunt* impedimenta insuperabilia, *quæ legitimam excusationem faciunt militi, qui, sacramento adactus, ad diem non adest.*

Ἀδυνάτως *ἴσχον διαπλεῖν διὰ τῶν πολεμίων νεῶν*, non poterant, 1, 51, 9. *ταῖς χορηγίαις πρὸς πᾶν ἀδυνάτως ἴσχον*, ad faciendos sumtus facultatibus omnibus erant nudati. 5, 93, 3.

Αἰ *et* αἰαί. *In scripturam* αἰαὶ 1, 20, 7. 1, 83, 10. 5, 75, 4. *consentiunt veteres libri MSti; sic et passim alias unus et alter, v. c. Flor.* 1, 82, 7. *Ceterum plerumque omnes* αἰαὶ *præferunt, quod utique perinde est. Usurpari hæc particula amat de eo quod fit* quavis occasione, subinde, idemtidem, quovis loco, ubi res fert vel poscit; *ut* 1, 15, 13. 1, 23, 6. 1, 26, 12. 1, 50, 4. 1, 83, 10. 20, 4, 2. *&c. Sic συνεχῶς αἰεί*, 3, 70, 11. *αἰεὶ (vel ἀεὶ) καὶ μᾶλλον*, indies magis, magis magisque, 1, 20, 7. 1, 42, 10. 3, 11, 3. 3, 70, 11.

Ἀείμνηστος, in omne ævum memorabilis. *ἀείμνηστος καὶ καλὴ προαίρεσις*, 9, 9, 10. *ἀείμνηστος καὶ λαμπρὰ ἐλευθερία*, 11, 12, 3.

Ἀζήμιος. *ἀζήμιον ποιεῖν τινα τῶν ἀσεβημάτων*, 2, 60, 5.

Ἀηδία. *πολλὰς ἀηδίας παρέχειν*, molestias creare. 5, 50, 8.

Ἀὴρ ἐκ τῶν νεφῶν πιὼν ἐπὶ τὴν γῆν, aër caliginosus, caligo, 18, 3, 7. *δυσσυνόπτου τῆς κατὰ τὸν ἀέρα περιστάσεως ὑπαρχούσης*, quum densa aëris caligo prospectum eriperet, 3, 84, 2. *Eadem notione τὸ κατὰ τὸν ἀέρα γενόμενον σύμπτωμα*, 3, 108, 9.

Ἀήττητος, invictus, 1, 35, 5. 1, 58, 5. 15, 11, 7 *et* 11 *sq.* 15, 16, 5.

ἀάτητος διαστὰς, inexorabilis, 5, 41, 3. *ubi alii codd.* ἀπαραίτητος *habent, quod nos secuti sumus.*

Ἀθανατίζεται ἡ τῶν καλόν τι διαπραξαμένων εὖκλεια, immortalis fit gloria, 6, 54, 2.

Ἀθέμιτος ὀργὴ, *Plutarch. ex Polyb.* 29, 6, 17.

Ἀθεραπευσία τοῦ σώματος, corporum illuvies, *et omnino* cum corpus curare non licet, 3, 60, 3.

Ἀθεσία, perfidia, 15, 1, 14. ἡ τῶν πιστευθέντων, perfidia eorum quibus fidem habuimus. 8, 23, 10. ἡ Γαλατικὴ, 2, 32, 8. 3, 70, 4. 3, 78, 2. τῶν βαρβάρων, 3, 49, 2. ἡ περὶ τοὺς Μεσσηνίους ἀθεσία καὶ παρασπόνδησις, 9, 30, 2. ἡ πρός τι τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀθεσία, 14, 1, 5. αἱ εἰς αὐτοὺς (*i. e.* ἀλλήλους) ἀθεσίαι, 4, 29, 4. τὴν ἀθεσίαν αὐτῶν καὶ τὴν ἀβεβαιότητα, *Fr. gr.* 6. *ubi posterius vocab. interpretationis caussa a grammatico adjectum videtur, neque vero id satis apte; certe gravius quid Polybius* τὴν ἀθεσίαν *dicere consuevit, quam* ἀβεβαιότητα, *id est,* levitatem et inconstantiam.

Ἀθετῶν τὴν πίστιν, (*oppos.* τίθεσθαι) fidem deserere, frangere, 8, 2, 5. 11, 29, 3. *Sic* τὰς πίστεις, 23, 16, 6. 24, 6, 7. τὰς ὁμολογίας, 3, 29, 2. 15, 17, 3. τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας, 15, 1, 9. 11, 29, 3. τυχόντες ὧν ἠξίουν, ἀθετήσαντα ταῦτα, παρεσπονδήσαντες ἡμᾶς, 15, 8, 9. τὴν πρὸς τὸ ἔθνος χάριν καὶ φιλίαν ἀθετῶν, gratiam et fidem abjicere, 2, 58, 5. ἀθετῶν τὴν ἐπαγγελίαν, revocare promissum, 30, 3, 7. τὸν μερισμὸν, irritam, infectam reddere partitionem, 31, 18, 1. τὰς τιμὰς, tollere honores, 27, 15, 2. ἀθετηθέντας, sublatos, revocatos esse, *ibid.* ἀθετῶν (*intellige* τὴν πίστιν) τοῖς ὑπ' ἄλλου εἰρημένοις, fidem abrogare, improbare, repudiare, rejicere, 12, 14, 6. τὸ ὑπερῆφθαι ἀθετούμενον, quod modum excedit, prorsus improbandum, repudiandum, 16, 12, 11. *oppos.* δεδόσθω συγγνώμη, *ibid.*

Ἀθετητέον, 3, 29, 2. *vide* ἀθετῶν.

Ἀθετος. οὐκ ἄθετον, non improbandum, non rejiciendum. 17, 9, 10.

Ἄθλημα, dimicatio, certamen, 1, 58, 1.

Ἄθλησις. δέξα ἐκ τῆς ἀθλήσεως, 5, 64, 6. 7, 10, 2.

Ἀθλητὴς ἀδικίας καὶ βδελυρίας, *ex Theopompo citat Polyb.* 8, 11, 8. ἀθληταὶ ἀληθινοὶ, τέλειοι, τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων, 1, 6, 6. 2, 20, 9. 15, 9, 4. ἀθλητὰς ἀποστέλλειν πρὸς τὸ παρακίνδυνον τοὺς νεύοντας, 1, 59, 12. strenuos probatosque bellatores.

Ἄθλον. τὰ ἆθλα τῆς ἀρετῆς. 6, 56, 5. τῆς παρανομίας, 15, 8, 11. ἆθλα ἐκτίθεσθαι τοῖς ἀγωνιζομένοις, 15, 9, 4.

Ἀθόρυβος εἴσοδος, ingressus absque tumultu, 8, 31, 1.

Ἄθραυστος, illæsus, 2, 22, 5.

Ἀθροίζων. ἀθροίσαντες τοὺς νέους νυκτὸς, 5, 29, 9. ἠθροίζετο (ἀεὶ τὸ κεφάλαιον αὐτοῖς, magis magisque cumulabatur eis summa mali, 4, 32, 2. τὰς δυνάμεις ἠθροῖσθαι πᾶσας, *active,* contraxisse, contractas habere copias, 5, 62, 4. *nam ex communi refertur ad* τὸν Πτολεμαῖον, *et est inter duo verba activa; nisi intelligamus,* τὰς ἠθροισμένας δυνάμεις ἀνασκοπεῖν τὰς διέργας *&c. quod tamen non videtur. Sic* ἠθροίζοντο τοὺς αἰχμαλώτους, 18, 10, 5. *nisi ibi cum cod. Aug.* ἤθροιζον *scribendum, quod dant omnes ibid. vs.* 3. *cf.* συναθροίζων.

Ἀθροισμοὶ ἐν τοῖς ὅπλοις, 4, 22, 10.

Ἀθρόον, *adv.* simul, prorsus, omnino; πάντας ἄθρόον ἀγορᾶς διακλυσθέντας, *Fr. gr.* 28.

Ἀθρόος et ἄθροος.—"ἄθροους, 1, 49, 6. *vertunt* confertus: *nihil impedit, quominus intelligamus silentio; quo sensu et ipso h. v. dicitur Hesychio." Ern. At constanter vocabulum istud Polybius usurpat pro* confertim incedens, conferto

agmine, junctis viribus, confertis ordinibus; *quæ notio et percommode loco citato convenit. Nempe primum* conferta classe *navigaverat consul; sed ubi versus Drepana venit, paululum diremta fuit, ut nonnisi singulæ naves alia post aliam portum intrarent, adeoque potestas daretur hosti ab opposita portus parte cum sua classe exeundi.* τηροῦντες τὰς τάξεις ἀθρόοι ἀπιχώρησαν, 3, 74, 6. ἀθρόους καὶ συνεστραμμένους τηρῶν, 3, 92, 2. *ubi opponitur* χωρίζεσθαι. ἀθρόοι συμμείναντες, 4, 58, 1. *ubi opp.* διῤῥῖφθαι. ἀθρόοι κατὰ τάγμα συνησπικότες, 4, 64, 6. ἄθροους διαμάχεσθαι, junctis copiis pugnare, 10, 6, 5. *opp.* κατὰ μέρος κινδυνεύειν. *Adde* 10, 31, 4. 11, 17, 4. 11, 33, 1. ὁ ῥοῦς εἰς τὴν συνεχῆ θάλατταν ἄθροους ἐφέρετο καὶ πολὺς, confertim et magna copia, 10, 14, 8.

Ἀθυμεῖν, animum despondere, 3, 54, 7. mœrere, 5, 14, 12.

Ἀθύμως διέκειτο, 4, 31, 8.

Ἀθυροglωσσία, linguæ temeritas, effrenis dicacitas *scriptoris*, 8, 12, 1.

Ἀθῷος, innocens, 2, 56, 15. ἀθῷον ἀφιέναι, illæsum, sine noxa dimittere, 2, 58, 8. ἀθῷος ἀπέβαινε, impunis vitam finivit. 2, 60, 1. *i. q.* ἀζήμιος *vs.* 5.

Αἴγειρος, ἡ, populus arbor. τὰ δάκρυα τῶν αἰγείρων, 2, 16, 13.

Αἰδεῖσθαι. τὸν Κότυν αἰδούμενοι διὰ τῆς τοιαύτης χάριτος, Cotyi honorem habituri, Cotyn sibi conciliaturi, 30, 12, 4. *An* ἐνδούμενοι?

Αἴδιος πόλεμος, 4, 45, 1. *et vs.* 5. *ubi vulgo* Ἴδιος. αἰδίως εἰρήνη, 13, 9, 3.

Αἴθριος καὶ λαμπρὰ ἡμέρα, serena dies, 4, 78, 6.

Αἴθυγμα, fomes, scintilla. αἰθύγματα, τῆς παλαιᾶς συνηθείας ἐμμένει, 4, 74, 8. βραχέος αἰθύγματος ὑπαταλυπομένου τῆς προγονικῆς δόξης, 20, 5, 4. ὑπαταλείπουσιν ἰσχυρὰ τῆς πρὸς αὐτοὺς εὐνοίας αἰθύγματα. 4, 35, 7.

Αἰκάλλειν τινὰ, blandiri alicui. 16, 24, 5. 5, 36, 1. *ubi Polybio verbum hoc restituimus.*

Αἰκία, cruciatus qui supplicium præcedit, 1, 80, 8. πᾶσαν αἰκίαν ἐπεδείξαντο αὐτῷ, omni cruciatus genere eum adfecerunt, 1, 88, 6. πᾶν γένος αἰκίας καὶ βίας προσφέρειν, 17, 17, 4. supplicium cum cruciatibus, 1, 85, 2. 5, 54, 3. πᾶσαν αἰκίαν ἐπεδείκνυτο, omni sævitate grassatus est, 16, 1, 2. *ubi ad templorum potissimum vastationem* et mutilationem statuarum *respicitur, ut sequentia ostendunt; conf.* αἰκίζεσθαι.

Αἰκίζεσθαι, *verbo medio*, cruciare. αἰκισάμενοι αὐτοὺς ἀπέκτειναν, cruciatos occiderunt, 1, 80, 4. *scil. amputatis manibus, auribus, naso, cf. vs.* 13 *sq.* αἰκισάμενοι αὐτοὺς πᾶσαν αἰκίαν ἀπέκτειναν, omni cruciatu adfectos occiderunt, 26, 2, 13. *Et de rebus inanimatis,* αἰκίσασθαι τὰ ἀναθήματα τῶν ἱερῶν, in templorum donaria sævire, *sc. mutilando, comburendo, aut quovis modo corrumpendo,* 5, 11, 7. *conf.* αἰκία. *Passive,* αἰκισθέντες, cruciati, cum cruciatu necati, 11, 30, 3. *scil. virgis cæsi et percussi, cf. vs.* 2. Sic αἰκισθεὶς διεφθάρη, 1, 69, 5. *de servo fugitivo, qui more Romano virgis cæditur priusquam securi percutiatur.*

Αἷμα. πεσεῖν αἵματα καὶ φόνους, 15, 33, 1. *ubi perperam* ἅμα *pro* αἷμα *habent MSti.* τόκος πλήρης αἵματος, φόνου, τειχῶν, 15, 14, 1. αἵματος ἐγγεύσασθαι, sanguinem degustare, 7, 13, 7.

Αἱμασιὰ, ἡ, sepes ex vepribus, 18, 3, 1.

Αἱμόφυρτος, cruore respersus, 15, 14, 2.

Αἰνίττεσθαι, innuere, significare. αἰνιττόμενος τὰ κέρατα τὸν Ἰθωμάτην καὶ τὸν Ἀκροκόρινθον, 7, 11, 3. τοῦτ' αἰνιττόμενος διὰ τῆς ἀποφάσεως, διότι &c. 10, 19, 5. αἰνιξάμενος τὴν ἀλήθειαν, fabularum involucris

veritatem significans. 34, 11, 20.

Αἶξ ἄγριος, 12, 3, 9. αἶγες ἀγρίαι, 12, 3, 8.

Αἰπόλος, caprarius, 5, 76, 3.

Αἱρεῖν, capere. κατὰ κράτος αἱρεῖν πόλιν, *cum sæpe alias, tum* 14, 9, 4. *ubi* ἦρεν *restitui, pro vulgato* ἦρε *vel* ἦρε. ὁ λόγος αἱρεῖ, ratio colligit, evincit, rationi consentaneum est, ipsa ratio docet, 6, 5, 5. *usitata philosophis formula.* αἱρεῖσθαι, eligere. τὰ Πιερῶν εἵλοντο, 4, 31, 5. 4, 53, 7, *&c.* οὓς ἂν ἐπὶ στρατηγίαν (*mendose vulgo* στρατοπεδίαν) αἱρήσωνται, 38, 5, 7. τούτοις εἵλοντο συμμαχεῖν, horum societatem elegerunt. 2, 23, 2. *i. q.* προείλοντο.

Ἆραι, tollere. συνθήματος ἀρθέντος, sublato signo, *e navi imperatoria,* 1, 27, 10. *conf.* σύνθημα. τὸν πόλεμον ἆραι, tollere, deponere, abolere bellum, finem bello facere, 11, 5, 6. *Sic* τὰ τῆς ἀλλοτριότητος καὶ δυσμενείας ἤρθη κατὰ τὸ παρὸν, 2, 44, 1. *Eodem modo* ἀναιρεῖν τὸν πολ. 9, 11, 2. *Corrupte* ἀρθεὶς *præferebant veteres libri* 1, 86, 1. *pro* αὖθις.

Αἵρεσις. 1) electio; optio data *inter duo proposita.* κυρίαν ἐποίησαν τὴν τῶν στρατοπέδων αἵρεσιν, 3, 14, 4. 2, 3, 2. δυσχερῶς ἤκουον τὴν αἵρεσιν τῶν προτεινομένων, 3, 20, 9. αἵρεσιν αὐτῷ προὔτιθεν τοιαύτην, 3, 103, 7. 24, 12, 9.

2) studium literis impensum. αἵρεσις ἑλληνικὴ, literarum Græcarum studium, 40, 6, 3. προτρέπεσθαι πάντας πρὸς τὴν αἵρεσιν τῶν τοιούτων ὑπομνημάτων, hortari omnes ad studium, ad studiosam lectionem commentariorum hujusmodi, 1, 1, 1.

3) institutum quodvis, ratio quam quis tenet, consilium quod quis sequitur: τὸ μεγαλόψυχον τῆς Ῥωμαίων αἱρέσεως, generositas instituti Romanorum, 1, 20, 11. ἡ Ῥωμαϊκὴ αἵρεσις, institutum Romanor. 32, 9, 11. ἀπεδέξατο τὴν αἵρεσιν τῶν Ἀχαιῶν, probarunt instituta Achæorum, 2, 39, 5. τὸ ἀγεννὲς τῆς αἱρέσεως αὐτοῦ, 2, 56, 9. μένειν ἐπὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς αἱρέσεως, 5, 1, 9. 18, 31, 6. οὐδέποτε ταύτην ἴσχυκέναι τὴν αἵρεσιν ὅτι δεῖ *&c.* 18, 20, 4. αἵρεσις καὶ δύναμις, consilium et robur, 2, 35, 8. ἡ αἵρεσις Τιμαίου, Timæi ingenium atque studium, 12, 24, 1.

4) voluntas, studium, favor, et propensus animus in aliquem: ἡ αἵρεσις *Philini et Fabii, historicorum, est* studium partium quas uterque secutus est, *alter Pœnis favens, alter Romanis,* 1, 14, 2 *sq.* ἔπταισαν τῇ κατὰ δὲ τὴν πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς αἵρεσιν, 2, 61, 9. ἡ Καρχηδονίων πρὸς τοὺς συμμάχους αἵρεσις καὶ μεγαλοψία, studium, benevolentia, 3, 98, 9. ἀπελογίσατο τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν εὔνοιαν ἣν ἔχει πρὸς τὸ ἔθνος, 4, 72, 6. τὴν ἡμετέραν αἵρεσιν ἀπεδέξατο φιλοφρόνως, nostram voluntatem, amicum studium, 16, 20, 7. (*possis et ex num.* 3. *generatim interpretari* nostrum consilium, *simul tamen includitur* benevolentiæ *significatio.*) αἵρεσις καὶ συμπεριφορὰ αὐτῶν, mutuum studium et animorum conjunctio, 32, 9, 3. *i. q.* φιλία καὶ συνήθεια *ibid.*

Αἱρετιστὴς, earumdem partium sectator, 1, 79, 9. 2, 38, 7. 2, 55, 8. τῆς προαιρέσεως γεγονότες αἱρετισταὶ, 22, 6, 11.

Αἱρετὸς, (*opp.* φευκτὸς) eligendus, probandus, 3, 4, 7. 6, 47, 1 *sq. et vs.* 6. αἱρετώτερον ὑπάρχειν, ὅ τι δέοι παθεῖν μᾶλλον, satius esse, 1, 54, 4.

Αἴσθησις. διαφύλαξε τὰς αἰσθήσεις ἀπάσας, 7, 8, 7.

Αἶσσω. τοὶ δὲ σκιαὶ αἴσσουσιν, 36, 6, 6. *ex Homero.*

Αἰσχροκέρδεια, turpis quæstus, 6, 46, 3.

Αἰσχρολογία κατά τινος, maledicentia, *præsertim* obscæna convicia

in aliquem conjecta, 8, 13, 8. 12, 13, 3. 31, 10, 4.

Αἰσχρός. *αἰσχρὰ ψυχή*, fœdus animus. 3, 116, 13.

Αἰσχύνεσθαι. *ὅστις πάντας αἰσχυνομένους φεύγων*. 31, 4, 8.

Αἰτεῖσθαι, *activa notione*, petère, sibi petere. *αἰτεῖσθαι συγγνώμην*, 4, 14, 7. *βοήθειαν*, 28, 13, 1. *αἰτεῖσθαι στρατιώτας παρά τινος*, 28, 11, 7 *et* 10. *i. q. αἰτεῖν ibid. vs.* 7. *ἔνδοτόν τινα αἰτεῖσθαι*, postulare ut aliquis sibi dedatur, 3, 34, 8. *Passive*, *αἰτούμενος πολλάκις ὑπ' αὐτῶν*, tametsi sæpe ab eis flagitaretur, quamvis sæpe hi ab eo petiissent, 27, 12, 2.

Αἰτία. *ἐπὶ ταῖς τυχούσαις αἰτίαις*, levissimis de caussis, 4, 76, 5. *αἱ ἐκτὸς αἰτίαι*, caussæ externæ, 11, 25, 2. *εἰς τὴν αἰτίαν ἐμπίπτειν*, accusari, reum agi, *de eo* cujus nomen defertur, 32, 7, 6. 30, 6, 5. *αἰτίαν ἔχειν*, *eadem notione*, 30, 7, 5. *οἱ ἐν ταῖς αἰτίαις*, qui in culpa sunt, rei, sontes, 11, 27, 3. *Corrupte αἰτίαν erat in cod. Peiresc. pro αἰχίαν*, 16, 1, 1. *Conf.* αἴτιον.

Αἰτιᾶσθαι. *πάντες ἠτιῶντο τὸν Φάβιον*, *ὡς &c.* 3, 103, 3.

Αἴτιον, caussa efficiens. *μόνον αἴτιον τῆς στάσεως*, 1, 66, 10. *τοῦτον δ' ἐστὶν αἴτιον, ὅτι &c.* 5, 33, 6. 5, 75, 5. 9, 21, 4. 9, 43, 5. *τὰ αἴτια*, 4, 40, 4. *πλείω δ' ἂν εὕροι τις αἴτια δι' ἃ*, 3, 108, 4. *mendose vulgo πλείω αἰτίας διό. Conf.* αἴτιος.

Αἴτιος. *αἰτιώτατος γέγονε τοῦ καταστρέψαι τὴν βασιλείαν*, præcipua caussa ille fuit, 13, 4, 8. *ὃ δὴ νομιστέον αἰτιώτατον γεγονέναι τῆς καταρθώσεως*, 2, 53, 3. *Conf.* αἴτιον.

Αἰφνίδιος *in fœm.* *αἰφνίδιος ἐπιφάνεια*, *ἐπίθεσις*, 1, 44, 4. 5, 5, 4. *&c.*

Αἰχμαλωτίς, ίδος, captiva. *αἱ αἰχμαλωτίδες*, 10, 18, 7.

Αἰχμάλωτος. *ἡ αἰχμάλωτος ναῦς*, captiva navis, 1, 28, 7. *τὰ αἰχμάλωτα*, captivi, 1, 16, 9. *αἰχμάλωτα γράμματα*, interceptæ literæ, 30, 8, 7. 30, 10, 10. (*i. q. ἁλωτὰ*, 30, 8, 1.)

Αἰωρεῖσθαι, *de terra*, suspensam esse, sublimem pendere. 34, 5, 4.

Ἀκαιρία, 1) incommoditas, situs, parum opportunus situs, 4, 44, 11. 2) immodicitas, intemperantia. *ἀκαιρία καὶ πολυπραγμοσύνη*, 5, 15, 2. 11, 8, 4.

Ἄκακος, bonus homo, qui nihil mali in animo habet et nihil mali suspicatur, simplex, 3, 98, 5. 31, 19, 7.

Ἀκάκως, 5, 20, 5. 7, 17, 9. 8, 31, 8. 9, 29, 7. *Sic et rescripsi* 2, 9, 3. *pro vulgato καπῶς. ἀκαπάτιστον ἢ στρατηγικώτερον*, 10, 32, 7.

Ἀκανθώδης, spinosus, 12, 2, 2.

Ἄκαρπος *χώρα*, sterilis, 12, 3, 2.

Ἀκατακάλυπτος, *fœm. de muliere* cui velamen detractum est, nudata facie, 15, 27, 2.

Ἀκαταλλάκτως *διακεῖσθαι πρός τινα*, implacabilem esse alicui, 11, 29, 13. *ἀκαταλλ. ἔχειν*, 18, 20, 5. *τινί*, 12, 7, 5. *πρός τινα*, 4, 32, 4. 31, 7, 15.

Ἀκατάλληλοι *τόποι*, loca quæ figura inter se differunt, *ni potius* quæ figuram habent irregularem, 6, 42, 3.

Ἀκατάπαυστος. *ἀκατάπαυστοι στάσεις*, 4, 17, 4.

Ἀκατασκεύως *καὶ φυσικῶς*, sine opera humana, nulla arte, ipsius naturæ vi, 6, 4, 7. 10, 11, 1.

Ἀκαταστασία, 1) *i. q.* ταραχή, trepidatio, perturbatio, tumultus, 1, 70, 1. 14, 9, 6. 32, 21, 5. *Sic ἀκαταστασία τῆς βασιλείας* 31, 13, 6. *est* turbatus regni status. 2) inconstantia, levitas *hominis*, 7, 4, 8.

Ἀκατάστατος, levis, inconstans *homo*, 7, 4, 6.

Ἀκατάτρεπτος *χορηγία*, *vel ἀκατάτρεπτα χορήγια*, commeatuum copia inexhausta. 3, 89, 9.

Ἀκάτιον, navicula, 8, 32, 6. *τὰ*

μάγιστα τῶν ἀκατίων ad belli usum instruxerunt Pœni, 1, 73, 2.

Ἀκίρωτος, 1) integer, incolumis, illæsus, illibatus, intactus. ἡ τῶν Μεσσηνίων χώρα μόνη ἀκίρωτος διεσεμάνθη, sola illæsa, intacta manserat, 4, 5, 5. ἀκίρωτοι ἦμεν οἱ νῦς, (i. q. ἄτρωτοι) 2, 10, 2. ἀκέρωτον διαφυλάττειν πόλιν, 2, 61, 4. ἀκίρωτοι ἐλπίδες, integra spes, 3, 48, 4. 3, 68, 11. 2) recens, novus; ἀκίρωτοι ὁρμαί, recentes animorum impetus, 1, 45, 2. 3, 70, 9. 2, 33, 2. ἀκίρωτοι νῆες, recentes, quæ nondum in conflictu fuerant, 1, 28, 7. *Sic* ἀκίρωτος φάλαγξ, 1, 34, 6. ἀκίρωτοι καὶ συντεταγμένοι, recentes copiæ, 1, 40, 14. ἀκίρωτοι σκῆραι, 2, 68, 8. ἀκίρωτοι τοῖς τε σώμασι καὶ ταῖς ψυχαῖς, corporibus et animis recentes, 15, 16, 4. *Sic* ἐλπὶς ἀκίρωτος, 6, 9, 3. *potest quidem* spes integra *verti, ut supra; sed et commode* spes recens, nova, adhuc non tentata. 3) sincerus, intemeratus, nulla re extrinsecus adveniente corruptus. τὰ πολιτεύματα ἀκμὴν ἀκίρωτα ἦν τοῖς ἰδιώταις, civitates instituta sua incorrupta servabant, 1, 13, 12. ἀκίρωτα ἕλη, paludes adhuc intactæ, nondum conturbatæ, 3, 78, 5. ἕως μὲν ἦσαν ἀκίρωτοι, 22, 14, 12 *et* 15. *ubi commode Casaub.* mentis compotes *interpretatus est; sed rectius exposueris,* quamdiu sua consilia sunt secuti, quamdiu non ab aliis sunt concitati, *ut ex seqq. intelligitur.* οὐδὲν ἀκιρώτῳ χρώμενος γνώμῃ, 8, 13, 5. nemo sanæ mentis *vertit Valesius, non male; sed rectius fuerit, ni fallor,* nemo cui suo judicio licet uti, cui suum judicium sequi licet; *nempe qui non est* προκαταληφθὴς ὑπὸ βασιλικῆς δυναστείας, *ut ibidem exponitur, id est, cujus judicium non transversum rapitur aut adstrictum tenetur auctoritate regis, cui obnoxius est.*

ἐξ ἀκεραίου, 1) rebus adhuc integris: ἐξ ἀκ. προσπίπτειν (τοῖς πολεμίοις) καὶ κατέχεσθαι τῆς μάχης, 6, 24, 9. ἐξ ἀκ. βουλεύεσθαι, 9, 31, 1. 9, 32, 7. πραγματεύεσθαι, 39, 1, 8. 2) de integro, velut de integro, de novo: μὴ πάλιν ἐξ ἀκεραίου περὶ πάντων ἀντιλέγειν, 24, 4, 10.

ἐν ἀκεραίῳ ἐᾶν, ᾧ πεπ' ἂν ἡ τύχη ὀχ. rem integram relinquere, 2, 2, 10.

Ἀκεραιότης, recentes vires, 3, 73, 6. 3, 105, 7.

Ἀκίνητος. αἱ ἀκίνητοι σημαῖαι λεγόμεναι, 2, 32, 6.

Ἀκληρεῖν, miseriis vexari, misera conditione uti, *præsertim de eis* qui injuste in exsilium ejecti sunt et bonis multati. 9, 30, 3. 26, 1, 2. 31, 8, 10. οἱ ἀκληρούμενοι, miseri, partim trucidati, partim in exsilium ejecti, 1, 7, 4. 30, 18, 4.

Ἀκληρία, calamitas ejus qui bonis exutus est et in exsilium ejectus vel venumdatus, 23, 8, 9.—" *Exemplis hujus vocabuli et voc.* ἀκλήρημα *a Wesselingio ad Diodor. lib. III. p.* 182. *allatis addendus locus Dicæarchi de statu Græciæ p.* 18." *Ern.*

Ἀκλυδώνιστος τῶν ἄλλων πνευμάτων λιμήν, portus tutus et liber a fluctibus qui ab omnibus aliis ventis concitantur, 10, 10, 4.

Ἀκμάζειν. ἀκμάζουσα γυνή, ætate florens, 15, 25, 5. ἀκμαζούσης τῆς τοῦ σίτου κομιδῆς, tempore messis, media messe, 1, 17, 9. 1, 40, 1. τῆς ὥρας ἀκμαζούσης πρὸς τὴν συγκομιδήν, 3, 100, 8. ἀκμαζούσης τῆς πανηγύρεως, cum celebraretur festum, 23, 10, 1. ἀκμ. τῆς συνουσίας, durante convivio, 20, 11, 5.

Ἀκμαῖος. οἱ ἀκμαιότατοι τῆς ἡλικίας, qui ætate erant florentissima, 6, 21, 7. ὁ ἀκμαιότατος καιρὸς τῆς ἡμέρας, opportunissimum diei tempus, 3, 102, 1. *an simpliciter* meridianum tempus?

Ἀκμαίως ἔχειν κατὰ τὴν ἡλικίαν, ætate florere, 32, 15, 7.

Ἀκμή. κατὰ τὴν ἀκμὴν, in adolescentia, 7, 10, 2. κατὰ τὴν ἀκμὴν τοῦ θέρους, media æstate, 9, 43, 3. ἀκχειῶσαι τὰς ἀκμὰς τῶν ὅπλων, hebetare armorum aciem, 15, 16, 3.

Ἀκμὴν, adhuc, etiamnum, cum maxime, 1, 13, 12. 1, 25, 2. 3, 17, 8. 3, 62, 10. 4, 36, 8. ἀκμὴν ἔτι, 14, 4, 9. 15, 6, 6. &c.

